qua verorum motuum cuspidum .12. domorum equationem
ubique habet ad omne quod tempus sine ullo calculationis
labore. Veram notitiam accepisti. Et domus antea clausas
nunc quasi apte claves tibi per ingressum. Quas recte si
introieris, videre quod sane luminarius documenta
infinita in eius occultatione sive thezaurum invenire
valebis. Contingit tu in arduis et alte sublato
intellectu vane glorie temeritati nimie cupiditatis
causa, et hostes atqui iniqua temptatione cessante
frustratione saepius ad infima demergi. Unde et hanc prosperi-
tandi scientiam quidam nimium extollunt alii vero penitus
in despectu deponunt. Quorum utriusque erroris causa
ipsa videtur ac infirmitas. Quapropter in quibus his
inferioribus qualiter ac in quibus ut influunt
dicta celestia corpora, quemadmodum ac oportunum est tam
rationibus quam auctoritatibus declarare

Finis

Aggrediendo praeterea ad modum operandi per hanc tabulam
equationis .12. domorum praenotabo eius dispositionem
quod cum .12. partes id est .12. signa zodiaci et quodlibet per
subdividitur. Unde sub quolibet signo sunt .8. columpnule. Prima
intitulatur tempus quod continet horas cum minutis correspondentes
ascensioni recte illius gradus zodiaci cuius domus decimo ponitur
2a columpnula que rubea intitulatur 10a domus quod respectat
decimum decime domus et hoc solum gradus sine minutis
Et tabula fiat equalis augmentatio processu per integrum gradus
3a columpnula intitulatur 11a domus. 4ta intitulatur 12a domus
5a 1 domus seu ascendens. 6ta 2a do. 7a 3 do. et hec
quarum columpnule habent gradus et minuta. omnesque illi gradus habent
denominationem a signo cum rubro mediate superscripto

Modus operandi per tabulas equationis 12 domorum celi iuxta positas

In primis nota dispositionem earundem tabularum que talis est. Sub quolibet signo ponuntur septem columnule. Prima intitulatur tempus continens horas cum minutis correspondentes ascensioni recte illius gradus zodyaci rubei in cuius directo ponuntur. Secunda rubea intitulatur 10 domus, representans initium 10e domus et hoc solum gradus sine minutis ut in tabula stat, aliquis augmentatio per integrum gradum. 3a intitulatur 11 domus. 4ta 12 domus. 5ta prima domus seu ascendens. Sexta secunda domus. Septima 3a domus. Et hee columpnule omnes habent gradus et minuta. Omnesque illi gradus habent denominationem a signo cum rubeo immediate supra scripto etc.

Canon primus ad sciendum initia 12 domorum celi in meridie.

Dato quocumque die et anno in eius meridie 12 domorum celi initia perscrutari. Vide in quo signo et gradu eiusdem signi sit sol illo meridie. Et illud signum quere superius in tabula. Et in rubea columpnula sub illo signo quere gradum in quo est sol. Ille enim gradus in meridie est initium decime domus. Et in directo eiusdem rubei gradus in quo est sol versus dextram sub titulo 11 sunt gradus et minuta in quorum fine est initium 11 domus. Et in directo eiusdem gradus solis ulterius versus dextram sub titulo 12 gradus et minuta significant initium 12e domus et sic consequenter. Exemplum. Pono quod in die sancti Gregorii in meridie sol sit in fine primi gradus arietis. Volo in eodem meridie equare 12 domus, id est invenire initia 12 domorum celi. Video

in principio tabule ubi superius ponitur arietis in 10a domo
unum gradum rubeum sub titulo 10o. Illius primi gradus finis qui est
arietis est initium 10e domus in ipso meridie. Et hoc est
universale quod locus solis in meridie est tunc initium 10e
domus. Et in directo cuius gradus versus dextram sub titulo
11m stant 13 gradus cum 32 minutis tauri in quorum fine est ini-
tium 11e domus. Et in directo cuius primi gradus sub titulo
12o stant 28 gradus cum 44 minutis geminorum et in fine illorum
est initium 12e domus. Et in directo cuius primi gradus sub titulo
prima seu ascendens stant 26 gradus cum 53 minutis cancri in
quorum fine est initium prime domus sive ascendentis.
Et in directo cuius primi gradus sub titulo 2 stant 16 gradus cum
18 minutis leonis in quorum fine est initium secunde domus
Et in directo cuius sub titulo 3 5 gradus cum 6 minutis finibus
virginis fuit initium tercie domus. ¶ Sed de initiis aliarum
6 domorum sciendum nota quod initia illarum domorum
sunt in pleno numero gradus et minutorum sicut initia suarum oppositarum
domorum sed in opposito signo. Verbi gratia sicut enim
superius finis primi gradus arietis fuit initium 10e domus: sic
initium 4te domus est finis primi gradus libre que opponitur
arieti. Et sicut finis 13 gradus cum 32 minutis tauri fuit initium
11e domus: sic finis 13 gradus cum 32 minutis scorpionis est initium
quinte domus. Et sicut finis 28 gradus 44 minutorum geminorum
fuit initium 12e domus: sic finis 26 gradus cum 44 minutis sagittarii
est initium 6te domus. Et sicut finis 26 gradus cum 53 minutis
cancri fuit initium prime domus seu ascendentis. Ita eciam
finis 26 gradus cum 53 minutis capricorni est initium septime domus
Et sic consequenter de aliis in inferiori parte tabule de signis
¶ Et hec predicta sunt vera quando locus solis non habet
minuta ultra gradus. Si autem haberet tunc fieri proportionem
illorum capiatur proportionaliter de equacione hoc et addatur
equacioni hic inuente. Exemplum gratia in prescripto exemplo
si locus solis esset primo in 7 gradu arietis 15 minutis illa 15 minuta cum

sint quarta pars de vno gradu scilicet 60 minutis. Ergo quia appropinquior
equatione ascendentis habenda capio differentiam inter equatio-
nem ascendentis stantem in directo primi gradus arietis scilicet 26
gradus cum 53 minutis: et equationem sequentem scilicet 27 gradus cum
33 minutis subtrahendo primam a secunda et maneat differentia 40
minuta: quorum quarta pars est 10 minuta: addo ergo 10 minuta ad
priora 53 minuta fient 63 minuta. Demptis ergo ab illis 60 minutis
addo pro eis vnum gradum ad 26 et fient scilicet 27 gradus et 3 minuta scilicet
que est satis appropinqua equatio ascendentis in meridie. quando
sol esset post primum gradum arietis 15 minuta. Sic etiam si sol
haberet vnum gradum arietis cum 20 minutis. Quia 20. sunt
tertia pars de 60 minutis: ergo accepissem 3tiam partem de differentia
scilicet de 40 que esset 13 minuta paucis plus que addidissem ad
priora 53 minuta. Et venisset equatio ascendentis 27 gradus cum
6 minutis cancri; Sic etiam de equatione aliarum domorum
esset faciendum. ¶ Si autem ad hunc passum velles
habere equationem quando locus solis habet 20 minuta vltra gradum tunc
vti eodem modo quo supra dicto in tabulis alphonsy intrando
dupliciter introitu et capiendo partem proportionalem et sic vbi ergo
sole existente post primum gradum arietis 20 minutis volo habere pas-
sam equationem ascendentis in meridie video equationem
ascendentis positam in directo primi gradus arietis scilicet 26
gradus cum 53 minutis video etiam sequentem equationem ascendentis
positam in directo 2 gradus arietis scilicet 27 cum 33 minutis ista
maior prima ergo subtraho primam ab ista maneat differentia
40. que multiplico per priora 20 minuta que sol habet vltra vnum gradum et erit
productum 800 2a: que diuido per 60 minuta veniunt in
quotiente 13 minuta cum 20 2is residuis Addo ergo prius 13
minuta prime equationi quia secunda fuit maior prima et veniunt
27 gradus cum 6 minutis cancri de 20 2is non curo cum sint
infra 30: sed si fuisset vltra 30 addidissem pro eis
1 minutum minutis ¶ Hoc est breuius et certius habetur
per tabulam proportionum: querendo scilicet super 40 et a s.

mistis 20 · z in angulo tci repperissem · sz m̄ 20 z̄ · Et iste modus est generalis z perfectus · Ad habendum memoriam huius canonis nota unum versum · Hore domus unis fit per loca solis .

Canon 29 ad sciendum initia 12 domorum quocumque tempore post meridiem .

Ad quodcumque tempus post meridiem vis domus 12 adequare · Considera tempus scilicet horas cum minutis post meridiem quibus vis habere equationem domorum Quibus adde tempus solis i. horas z minuta que stant in directo illius gradus · in quo est sol illo tempore: addendo minuta minutis z horas horis · Et si ex additione minutorum aliquando excreverit 60 vel plus · tunc deme 60 · dimittendo residuum si quod fuerit vel 0 in loco minutorum · Et pro illis 60 subtractis adde unitatem hore: Similiter si ex additione horarum excreverit 24 vel plus · tunc abiectis 24 residuum si quod fuerit vel 0 · tene pro hore · Tunc illas horas z minuta que remanserunt quere in tabula sub titulo temporis · z ubi illas horas cum minutis perfecte vel propinquioribus inveneris · In directo illius temporis seu illarum horarum z minutorum stat equatio 6 domorum · Et reliquas 6 domus oppositas deprehendes ex inferiori signatura

¶ Memoriam huius habebis per hos versus · Post lapsus horis · tunc tempus addito solis / Cuius collecti directo sunt domus omnes · ¶ Exemplum pono ut solem esse in fine primi gradus arietis z volo habere equationem domorum post meridiem hora 6ta cum 24 minutis completis Addo ista 6 · hore z 24 minuta tempus scilicet quod stat in directo primi gradus arietis a sinistra scilicet 0 in horis z 4 minutis · Et sunt 6 hore z 28 · minuta Que cum perfecte non reperiantur in tabula sub cancro ubi 6 · hore ponuntur sub titulo temporis · capio numerum

propinquiorem scilicet 6 horas 26 minuta et in directo illarum 6 hora-
rum minuta sunt intra 6 domorum scilicet 6 gradus cancri completi pro initio
decime domus. Et 14 gradus virginis cum 35 minutis leonis pro initio
11e domus et cetera. Et ista acceptio propinquioris numeri in nullo
aut valde paucum importabit errorem. ¶ Si tamen ad pro-
portionem libuerit operari aliter sic procedendo. Ut procedo cum
exemplo prescripto. Ecce ma debui querere 6 horas cum 28
minuta quas non inveni. Capio igitur numerum proximum minorem scilicet
6 horas ~~cum 28 minuta que non inveni~~ 26 minuta quibus correspon-
dent in tabula 6 rubea gradus cancri. Accipio etiam numerum
temporis proximum maiorem scilicet 6 horas 31 minuta. Ab hiis subtraho
priores 6 horas cum 26 minuta manet differentia 5 minuta. Subtraho
etiam illum minorem numerum scilicet 6 horas 26 minuta ab illo numero quem
quesivi et non inveni prius scilicet 6 hore 28 minuta et manet
differentia 2 minuta: quia duo minuta deberem dividere per primam differentiam
scilicet 5 minuta sed non possum: ut ego acquiram maiorem numerum
divisibilem multiplico illa 2 minuta per 60 et fiet 120 secunda quam divi-
do per illam differentiam scilicet 5 minuta et venit quotiens 24 minuta quam addo
prescriptis 6 gradus rubeis 69. Et dico quod sicut predicte 6 hore
et 26 minuta in tabula posite correspondent precise 6 gradus cancri
completis Sic proportionaliter 6 hore cum 28 minuta correspondent
6 gradus cancri cum 24 minutis unius gradus. ¶ Illam etiam
divisionem scilicet 2 minutorum per 5 minuta habuissem etiam
per tabulam proportionum sic querendo in directo 5 rubeorum
postorum a sinistra procedendo versus dextram quousque
invenissem 2 0 vel numerum propinquiorem: et sic invenissem
2 0 sub 24 superius posita que est quotiens: Nunc ad
propositum redeundo. Cognito quod 6 hore et 28 minuta corres-
pondent 6 gradus et 24 minuta [illegible] Invenero ulterius proportionaliter
initia aliarum domorum per modum in primo canone datum
ibi Et hec predicta etc.

Canon 3us ad respondendum querenti quando talis vel talis gradus iniciavit caput illius vel illius domus.

Modum respondendi querenti quando talis vel talis gradus
zodyaci capiet inicium illius vel illius domus declarare.
Scias primo locum solis eo tempore. Deinde nota tempus solis
i. horas et minuta que stant in directo gradus solis sub titulo temporis
Tercio quere illum gradum de quo fuit questio in tabula hinc
inde sub illa domo ad quam queritur talis gradus intraturus
vel gradum propinquiorem. Quarto vide versus sinistram in directo
talis gradus tempus positum scilicet horas et minuta. Ab isto tempore subtrahe
tempus solis prenotatum. Et si non potes adde isti tempori 24 horas
Et quod post subtractionem remanserit erit tempus quo talis gradus
questionis capiet inicium illius domus prenominate. Nos Querens
quam domum capit hanc gradus ille vel ille zodiaci:
tempus solis gradus huius tempore deme. Et quod manet
est tempus dans introitum domus huius ¶ Verbi gratia
Sole existente in 25 gradu ♑ vellem scire quota hora 20us
gradus ♈ ascendet vide eum in tabula sub ♑ in directo 25
gradus tempus solis scilicet 19 horas et 48 minuta; hoc tempus solis serva
Deinde quero hinc inde sub titulo ascendens seu prima domus
ubi invenimus 20 gradus ♈ Et patet quod sub ♈ in directo 8
gradus rubeorum stant sub titulo ascendens 20 gradus 6 minuta ♈ qui
est unus propinquior uno questo scilicet 20 gradus licet sit paucis
maior sed non est magna vis. Indirecto illorum 20 gradus 26
minuta versus sinistram stat tempus scilicet 18 hore 35 minuta. Ab isto
tempore debes subtrahere tempus solis prius signatum scilicet 19
horas 48 minuta sed non possum: ergo addo isti tempori 24 horas
fiet 42 hore 35 minuta. A quibus subtraho 19 horas 48 minuta
et manet 22 hore 47 minuta. Et hoc est tempus propinquum quo
20us gradus ♈ capiat initium ascendentis seu prime domus Sic pariformiter
in aliis gradibus et in cuspis domorum est agendum ¶ Et nota
si concurreret cum gradu solis minuta: tunc oporteret precise operari
volentem tempus correspondens cum duplici instrumento oportet
equare ut supra in primo canone fuit dictum etc. Et hec
predicta etc. Si certe gradus questionis initium capturus in aliqua
domo non fuit in tabula precise repertus nec esset contentus
volueris cum propinquiori uno scilicet ad maiorem precisionem
optans procurare: tunc oportet per secundum canonem etc. Si tunc
ad propositum etc.

Item per istum canonem potent respondere facienti hanc
questionem. Sole existente in 16 g. aquarii: quo quidem mars
carens latitudine existens in 4 g. scorpionis pervenerit
intra limites prime domus et quamdiu ibi perdurabit
Computo quod initium secunde domus est finis prime domus
et illius temporis secundum hunc canonem est hora 10 minuto 17° sed
[illegible] 4 g. m. in quo est mars capit initium 2e domus. Sed quando
capit initium prime domus est hora 12 minuto 27 et
tunc mars durat intra primam duabus horis 10 minutis
¶ Nec quem fallat computacio. Nam domus computantur
per successionem signorum: Motus autem firmamenti capit
contrario modo: Finis canonum 1541

Sequuntur tabule equationis 12 domorum celi ad
latitudinem 51 g. extracte et elaborate ex tabulis
magistri Johannis de Regio monte secundum modum suum
rationalem quem invenit in suo problemate le.
veriorem Per Adam pastorem in ecclesia colle-
giata Kerpen Coloniensis diocesis Anno 1499:

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF